tem mētis z corporis: vt bon⁹  
opibus inherēdo: tue sp̄ v  
tutis mereat⁹ p̄tectiōe defē

di. Per. **Sabato. Oratio:**

**O** A quis dñe nris effe-  
ctū ieiunij salutarem  
vt castigatiōe carnū assūpta:  
ad nostraz vegetatiōe trā  
seat aīaz. Per. **Seci. H**is  
sacrificijs dñe pcede placa-  
tus: vt q̄ proprijs oram⁹ ab-  
solui delictis nō grauemur  
externj. Per. **Cōpl. S**acra  
mēti tui dñe diuina libatio  
penetrabilia nostri cordis in-  
fundat: z sui nos participes  
potēter efficiat. Per. **Sup**

**populū. H**amiliā tuā quis  
dñe p̄tina pietate custodi:  
vt que in sola spe gratie cele-  
stis imitit: celesti etiā pre-  
ctiōe muniat. Per. **Dñica**

**O iij. in quadragesima.**  
**O**culi mei sp̄ ad dñm: q̄ ip̄e  
euellet de laqueo pedes meos re-  
spice i me z miserere mei: qm̄ vni-  
cus z paup̄ sum ego. **ps.** Ad te  
dñe leuaui animā meā deus me⁹  
in te cōfido nō erubescā. Gloria

**Q**uesim⁹ ōps de **Dio.**  
us vota humiliū respi

te: atq̄ ad defensionem no-  
strā dexteram tue maiestatis  
extēde. Per. **Actō epl̄e bca-  
ti pauli apl̄i. Ad cp̄besios. v.**

**A**trates. Estote imita-  
tores dei sicut filij cha-  
rissimi z ambulate i dilecti-  
one sicut z Christus dilexit  
nos et tradidit semetip̄m p̄  
nob̄ oblationē z hostiā dco  
in odorē suauitatis. Fornica-  
tio aut̄ z oīs imūdicia: aut  
auaricia: nec nominet̄ in vo-  
bis sicut d̄cet sc̄tōs aut tur-  
pitudō: aut stultiloquiū aut  
scurilitas q̄ ad rē nō p̄inet:  
sed maḡ gr̄tiarū actio. **Doc**  
aut̄ scitote intelligentes q̄  
oīs fornicator: aut imūdus:  
aut auar⁹: q̄ est ydolorū ser-  
uitus: nō habet hereditatē  
in regno ch̄i z dei. **Nemo**  
vos seducat inanib⁹ verbis  
p̄opter hec enim venit ira  
dei in filios diffidētie. **Noli**  
te ergo effici p̄ticipes eorū.  
**Gratis** enim aliqñ tenebre:  
nūc aut̄ lux in dño: vt filij lu

**Dominica .iij. in quadragesima.**

eis ambulate: Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia et veritate. **Ps. Cxv.** Curge domine non preualeat homo iudicet gentes in conspectu tuo. **V.** In conuersu redodo inimicum meum retrosum iustitiam habuerunt et peribunt a facie tua.

**Ad te leuavi oculos Tract.** Meos qui habitas in celis. **V.** Ecce sicut oculi suorum in manibus dominorum suorum. **V.** Et sicut oculi ancille in manibus domine sive. **V.** Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. **V.** Misereere nobis domine miserere nobis. **Scdm Lucam xi.**

**I**n illo tempore. Erat iesus eiciens demonium: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus est mutus: et admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eicit demonia. Et alij tantantes signum de celo querebant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum dixit eis. Domine regnum in seipsum diuisum desolabitur: et domus super domum

cadet. Si autem et sathanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius: quia dicitis in beelzebub eicere me demonia. Si autem ego in beelzebub eicio demonia: filij vestri in quibus eiciunt. Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eicio demonia: profecto peruenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum: uniuersa arma eius aufert in quibus confidebat: et spolia eius distribuit. Qui non est mecum contra me est. Et qui non colligit mecum dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida et iniqua quarens requiem et non inueniens dicit. Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum venerit inuenit eam scopis mundam et ornata. Et tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et ingressi ha-

bitant ibi. Et fuit nouissima  
hois illi? peiora prioribus  
Factū est autē cū hec diceret  
extollēs vocē quedā mulier  
de turba dixit illi. **Brūs vē**  
**ter q̄ te portauit: z vbera q̄**  
**suxisti. At ille dixit. Quini-**  
**mo. Brī q̄ audiūt v̄buz dei**  
**z custodiunt illud. Offi.**

**I**ustitie dñi recte letificātes cor  
da: z dulciora sup mel z fauū: nā  
z seruus tu? custodiet ea. **Sec.**

**S**uscipe dñe q̄s deuotoꝝ  
mūera famuloꝝ z diuin? f-  
uictes misterijs tua pietate  
purifica q̄bus etiā iustificas  
ignozātes. **Per. Lōio. Pas-**  
**ser inuenit sibi domū z turtur ni-**  
**dū vbi rep̄dat pullos suos altari-**  
**a tua dñe ventū rex me? z deus**  
**me? brī q̄ habitāt in domo tua i**  
**sec̄m seclī laudabūt te. Lōplē.**

**A**cūctis nos q̄s dñe reati  
bus z piculis ppiciat? ab-  
solue: q̄s tāti misterij tribu-  
is esse participes. **Per dñm**

**O** **Seria. ij. p. Oculi.**  
**Oratio. O: dib? nostris Dio.**

qm̄s dñe gratiā tuam beni-  
gnus infūde: vt sicut ab escl̄  
carnalib? abstinem?: ita sen-  
sus quoq; nr̄s a noxijs re-  
traham? excessibus. **Per.**

**M**unus qd̄ tibi dñe **Sec.**  
fuitutis nr̄e offerim? tu no-  
bis salutare p̄fice sacramē-  
tum **Per. Lōpl. Presta q̄s**  
**op̄s z misericor̄s deus: vt q̄**  
**ore p̄tingim?: pura mēte ca-**  
**piamus. Per. Sup populū**

**S**ubueniat nob dñe mise-  
ricordia tua: vt ab iminētib?  
pctōꝝ nostrorum piculis: te  
mereamur p̄tegēte eripi: te  
liberāte saluari. **Per. S. Se-**

**A**udi **ria. iij. Oratio.**  
nos op̄s z misericor̄s  
de?: z p̄tinētie salutaris p̄-  
picius nob dona p̄cede. **Per.**

**P**er hec veniat qm̄s **Sec.**  
dñe sacramēta nostre redē-  
ptiōis effectus: q̄ nos z ab  
hūanīs retrahat sp̄ excessib?  
z ad salutaria dona perdu-  
cat. **Per. Lōplēda. Sacris**  
dñe misterijs expiati: et ve-

## **Orationes post dominicam oculi.**

niam psequamur et gratiam  
Per. **Super populū.** **Q**ua  
nos dñe ptectiōe defende:  
et ab omni sp̄ iniquitate custo-  
di. Per. **¶ Seria iij. Oratio.**

**P**resta nob̄ q̄s dñe ut  
salutarib⁹ ieiunijs eru-  
diti: a noxijs q̄q̄ vicijs ab-  
stinētes: ppiciationē tuā fa-  
cilius ipetrem⁹. Per. **Scē.**

**S**uscipe q̄m̄s dñe p̄ces po-  
puli tui cū oblatiōib⁹ hosti-  
arū: et tua misteria celebra-  
tes ab oib⁹ nos defende pi-  
culi. Per. **Lōpl. S**ctificet  
nos q̄m̄s dñe q̄ pasti sum⁹  
mēse celestis libatio: et a cū-  
ctis errorib⁹ expiatos: sup-  
nis pmissiōib⁹ reddat ac-  
ceptos. Per. **Sup populū.**

**C**ōcede q̄m̄s op̄s deus: ut  
q̄ ptectiōis tue gratiā q̄ri-  
mus: liberati a malis oib⁹  
secura tibi mente fruamur.  
Per. **¶ Seria. v. Oratio.**

**C**ōcede q̄m̄s op̄s de⁹  
ut ieiunioꝝ nobis sc̄tā  
tu otio et purificationē tri-

buat: et maiestati tue nos  
reddat acceptos. Per. **Scē.**

**D**eus de cui⁹ gratie rore  
descēdit: ut admisteria tua  
purificatis sensibus acceda-  
mus: p̄sta q̄s: ut in eoꝝ tra-  
ditione solēniter honorāda  
cōpetēs sp̄ deferamus obse-  
quium. Per. **Lōpl. S**acra-  
menti tui q̄m̄s dñe venerā-  
da susceptio: et místico nos  
mūdet effectu: et p̄petua vir-  
tute defendat. Per. **Super  
populū.** **D**efēde dñe fami-  
liā tuā: et tibi toto corde p-  
stratā ab hostiū tuere formi-  
dine: nec bona tua difficultē  
iueniat: pro q̄ tibi sc̄tī tui et  
angelice supplicāt potesta-  
tes. Per. **¶ Seria. vj. Oratio.**

**I**eiunia n̄ra q̄m̄s domi-  
ne benigno favore pro-  
sequere: ut sicut ab alimētis  
abstinem⁹ in corpe: ita a vi-  
cijs ieiunem⁹ in mēte. Per.  
**R**espice dñe ppici⁹ **Scē.**  
ad mūera q̄ sacram⁹: ut et ti-  
bi grata sint: et nob̄ salutaria

sp: existat. Per. **Lōplē.** **N**u  
ius nos dñe pceptio sacra  
mēti mūdet a crimine: 7 ad  
celestia regna pdncat. Per.

**Super populū.** **P**resta q̄s  
ōps de⁹: vt q̄ in tua p̄tēcti  
one p̄fidimus cūcta nob ad  
uerfantia te adiūnāte vinca  
m⁹. Per. **¶ Sabbato Dio.**

**P**resta q̄s ōps deus  
vt q̄ se affligendo car  
nem ab alimētis abstinēt:  
sectādo iustitiā a culpa iēu  
nent. Per. **Sec̄.**

**Q**oncede  
q̄s ōps deus: vt huius sa  
crificij mun⁹ oblatū fragili  
tatez n̄ram ab oī malo pur  
get sp 7 mūiat. Per. **Lōplē.**

**Q**̄s ōps de⁹ vt iter eius  
mēbra nūeremur: cuius cor  
pori cōmūicauim⁹ 7 sangui  
ni. Qui tecū **Sup populū**

**P**retende dñe fidelib⁹ tuis  
dexterā celest̄ auxiliij: vt te  
toto corde perq̄rant: 7 q̄ di  
gne postulāt cōseq̄ mereāt.

**U** Per. **¶ Dñica. iij. in xl.**  
Etare ib: l̄m 7 conuentuz

facite om̄s qui diligitis eā: gau  
dere cū letitia q̄ in tristitia fuistis  
vt exuletis 7 faciemini ab vberi  
bus p̄solatiōis v̄re. **Ps̄.** Letar⁹  
sum in his que dicta sunt mibi: in  
domū dñi ibim⁹. **Gla. Oratio.**

**Q**oncede q̄s ōps de  
us: vt q̄ ex merito n̄re  
actiōz affligimur: tue gratie  
p̄solatiōe respiremus. Per.

**Actō eplē beati Pauli apli.**

**Ald Galath. quarto.**  
**R**ēs. Scriptū est quo  
niā abraam duos filios ha  
buit: vnū de ancilla: 7 vnuz  
de libera. Sed q̄ de ancilla  
sc̄dm carnē natus est. Qui  
aūt de libera: p̄ repromissio  
nem q̄ sunt per allegoriā di  
cta. **Hec em̄ sunt duo testa  
m̄ta.** **Enū** q̄dē in mōte sy  
na in fuitutē generās: q̄ est  
agar. **Syna** em̄ mons est in  
arabia: q̄ cōiunctus est ei: q̄  
nūc est irlm: 7 fuit cū filiis  
suis. **Illa** aūt que sursum est  
irlm libera ē q̄ est mater no  
stra. **Scriptū ē em̄.** **Letare**

**Dominica iij. in quadragesima.**

sterilis q̄ nō parit: erūpe ⁊ clama que nō partur̄: quia multi filij deserte magis q̄ eius q̄ habet virū. Nos aut̄ fratres sc̄dm̄ ysaac p̄missio- nis filij sum⁹. Sed quō tūc is q̄ sc̄dm̄ carnē nat⁹ fuerat p̄sequebat̄ eū q̄ sc̄dm̄ sp̄m̄: ita ⁊ nūc. Sed q̄d dicit scri- ptura. **E**xce ancillā ⁊ filium eius: Nō em̄ erit heres fili⁹ ancille cū filio libere. Itaq̄ fr̄es nō sum⁹ ancille filij sed libere. Qua libertate ch̄us nos liberavit. **Ps̄. I** erat⁹ s̄z in his que dicta sunt mihi in domū dñi ibim⁹. **V.** Fiat pax i v̄- tute tua et abūdatia in curribus tuis. **Tract⁹.** Qui cōfidit in dño sicut mōs syō nō cōmoue- bit iuectū q̄ habitat in ierlm̄. **V.** Mōtes i circuitu ei⁹ ⁊ dñs in cir- cuitu ppli sui: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in seculū. **Sc̄dm̄ Joannē. vi**  
**I**n illo tpe. Abiit iesus trās mare galilee qd̄ ē tyberiadis: Et sequebat̄ eū multitudo magna quia vide-

bant signa que faciebat sup̄ his q̄ infirmabāt. Subijt ergo in montē iesus ⁊ ibi sede- bat cū discipulis suis. Erat aut̄ primū pascha dies fest⁹ iudeoz. Cū s̄bleuasset ergo oculos iesus ⁊ vidisset quia multitudo magna venit ad eum: dixit ad philippū. Un- de emem⁹ panes vt mādu- cent hī: Hec aut̄ dicebat tē- tans eū. Ipse aut̄ sc̄o- bat qd̄ esset factur⁹. R̄ndit ei phi- lippus. Ducentoz denario- rum panes nō sufficiūt eis: vt vnusq̄sq̄ modicū qd̄ ac- cipiat. Dixit ei vnus ex disci- pulis eius andreas frater sy- monis petri. Est puer vnus hic q̄ habet q̄nq̄ panes or- deaceos ⁊ duos pisces: sed hec qd̄ sunt inter tātos: **D**ixit ergo iesus. Facite hoīes discūbere. Erat autē femum multū in loco. Discubuerūt ergo viri nūero q̄si q̄nq̄ mi- lia. Accepit ergo ies⁹ panes ⁊ cū gratias egisset distribu-



it discipulis. Similiter et  
ex piscibus quantum volebat.  
Et autem impleti sunt dixit di-  
scipulis suis. Colligite quae su-  
perauerunt fragmenta ne pe-  
reant. Collegerunt ergo et im-  
pleverunt duodecim cophi-  
nos fragmentorum ex quibus pa-  
nibus ordeaceis et duobus  
piscibus quae superauerunt his quae  
manducaverat. Illi ergo ho-  
mines cum vidissent quod Iesus  
fecerat signum dicebant. Quia  
hic est vere propheta qui veteri  
est in mundum. **Officium. U**an-  
date dominus quia benignus est propter  
alliter non  
mini eius quam suavis est: omnia que  
cumque voluit fecit in celo et in terra.  
**S**acrificiis presentibus **Secundum.**  
domine quoniam intercede placat: ut  
et deuotioni nostre proficiant et  
saluti. **Per. Latio. H**ierusa-  
lem quae edificat ut ciuitas: cuius par-  
ticipatio eius in idipsum: illuc enim  
ascenderunt tribus tribus dominus: ad confite-  
ndum nomini tuo domine. **Lectio. O**mnis  
nobis misericors deus ut san-  
cta tua quibus incessanter exple-

mur sinceris tractemus ob-  
sequiis et fidei mente spem su-  
mam. **Per. S. Seria ii. post**  
**Resta Lectare. Oratio.**  
**P**ro quibus operis deus: ut ob-  
seruationes sacras annua de-  
uotione recolentes et corpe tibi  
placeamus et mente. **Per.**  
**O**blatum tibi domine sa- **Secundum.**  
crificium viuificet nos spem et mu-  
niam. **Per. Latio. S**uperis  
domine salutaribus sacramentis  
ad redemptionis eterne quesu-  
mus proficiamus augmentum.  
**Per. Sup. popul. O**pre-  
cationem nostram quoniam domine be-  
nignus exaudi: et quibus suppli-  
candi prestat affectum tribue de-  
fensionis auxiliium. **Per. S. Se-**  
**ria. iij. Oratio. S**acre nobis quoniam  
domine obseruationis ieiunia: et  
pie conuersationis augmentum et  
tuae propitiationis continuum pre-  
stent auxiliium. **Per. Secundum.**  
**H**ec hostia quoniam domine emun-  
det nostra delicta: et ad sacrifici-  
um celebrandum subditorum tibi  
corpa mentesque sacrificet. **Per.**

**Oraciones post dominicam Letare.**

**H**uius nos domine peccata. **Lōpl.** que tibi sunt placita postu-  
prio sacramenti purget a cri-  
mine: et ad celestia regna pro-  
ducatur. **Per. Super pplm.**

**M**iserere domine populo tuo  
et cōtinuis tribulatiōib⁹ la-  
borātem propicius respirare  
concede. **Per. J. Scia iij.**

**O**mnia meritoꝝ et peccatiōi-  
bus pro ieiuniū veniā prebes  
miserere supplicib⁹ tuis ut  
reatus nri cōfessio indulgē-  
tiam valeat percipere delicto-  
rū. **Per. Scē. Supplices**  
te rogam⁹ omnipotens de-  
us: ut his sacrificijs pecca-  
ta nostra mūdēt quia tūc  
nobis veram tribuis men-  
tis et corporis sanitatē. **Per.**

**S**acramēta quę sumi. **Lōpl.**  
psimus domine deus nri: et spūa  
libus nos repleāt alimētis  
et corpali⁹ tueant⁹ auxilijs  
**Per Super pplm.** Pateāt  
aures misericōdie tue domine precib⁹  
supplicantū: et ut petētib⁹  
desiderata concedas: fac eos

que tibi sunt placita postu-  
lare: **Per. C. Scia. v. Dio.**

**P**ropesta quāvis opus deus  
ut salutarib⁹ ieiunijs  
eruditi: a noxijs etiā vicijs  
abstinētes propiciationē tuā  
facili⁹ impetrem⁹. **Per. Scē.**

**P**urifica nos misericors de-  
us: ut ecclesie tue precēs quę ti-  
bi grates sunt pia munera de-  
ferētes: fiat expiatis menti-  
b⁹ gratiores. **Per. Complē.**

**C**elestia dona capiētib⁹ quę  
sumus domine nō ad iudiciū pro-  
uenire paciarijs: quę fidelibus  
tuis ad remedijs esse providi-  
sti. **Per. Sup po.** Populi  
tui deus institutor et rector  
peccata quibus impugnat⁹ ex-  
pelle: ut spiritus tibi placit⁹ et tuo  
munimine sit securus. **Per**

**O**mnipotens deus quę ineffabilib⁹ mū-  
dū renouas sacramētis: pre-  
sta quāvis: ut ecclesiam tuā et  
eteruis proficiat institutis: et  
tēporalib⁹ nō destuatur au-  
xiljs. **Per. Scē. Mūera**

nos dñe qñs oblata purifi-  
cent: et te nob iugiter faciāt  
esse placatum. Per. **Lōplē.**

**H**ec nos qñs dñe pticipa-  
tio sacramēti ⁊ a pprijs rea-  
tibus indefūcter expediat  
⁊ ab oībus tueatur aduersis.

Per. **Supr pplm.** **D**a qñs  
oṗs deus: vt q infirmitatis  
nostre cōscij de tua virtute  
cōfidim⁹ sub tua sp pteccio-  
ne gaudeam⁹. Per. **¶ Sa-**

**batō. Oīo.**

**A**sumus per gratiā tuaz  
fructuosus nostre deuotio-  
nis affect⁹: q tūc nob prode-  
rūt suscepta ieiūia si tue sint  
placita pietati. **¶ Scē.** Ob-  
latiōibus nr̄s qñs dñe pla-  
care susceptis: ⁊ ad te nr̄as  
etiā rebelles cōpelle ppici⁹  
voluntates. Per do. **Lōpl.**

**T**ua nos qñs dñe sc̄tā pu-  
rificet: ⁊ opatiōis sue reme-  
dio tibi faciāt esse placatos.

Per. **Sup populū.** **D**e⁹ q  
sperantib⁹ ī te misereri poti⁹  
eligis q̄ irasci: da nob dig-

ne flere mala que fecim⁹: vt  
tue psolationis gratiā inue-  
nire valeam⁹. Per. **¶ Dñi.**

**ca in passione dñi. Ant̄.**

**L**udica me deus ⁊ discerne  
causas meā de gēte nō sc̄tā ab ho-  
mie iniquo ⁊ doloso eripe me: qz  
tu es deus me⁹ ⁊ fortitudo meā

**ps.** Emitte lucē tuā ⁊ vitatem  
tuā: ip̄a me deduxerūt ⁊ adduxe-  
rūt in mōrē sc̄m̄ tuū ⁊ in taber-  
naculo tua. **Gl̄ia. nō d̄r.** Ricie  
cleyson. **de passione sine. Et i**

**Q**uesum⁹ ( **Oīo.** terra.  
oṗs de⁹ familiā tuam  
ppicius respice: vt te largi-  
ente regat in corpe: ⁊ te ser-  
uante custodiat in mēte. **¶**

**Lctō eplē br̄i pauli apli. Ad**

**Ratres. ( hebreos ix.**

**A**liū assistēs ponti-  
fex futuroz bonoz p̄mpli-  
us ⁊ p̄fectius tabernaculū  
nō manufactū: id est nō hu-  
ius creationis: neqz p san-  
guinē hircorū aut vitulorū:  
sed p propriū sanguinē itro-  
iuit semel in sc̄tā eterna re-

**Dominica in passione Domini.**

demptione inuenta. Si enim sanguis hircorum aut taurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo: emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis: ad seruendum deo uiuenti. Et ideo noui testamenti mediator est ut morte intercedere in redemptionem earum per uariationem que erant sub priori testamento: re promissionem accipiant que uocati sunt eterne hereditatis. In christi. ie. do. no

**E**ripe me domine de inimicis meis. **Ps.** doce me facere uoluntatem tuam. **Ps.** Liberatores meos domine de gentibus iracundis et ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me.

**S**epe expugnauerunt me a iuuentute mea. **Ps.** Dicat nunc israel sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. **Ps.** Et enim non potuerunt mihi supra dorsum meum: fabricauerunt peccatores. **Ps.** Prolongauerunt

iniquitatem sibi dominus iustus concidet ceruices peccatorum. **Scdm Jobam**

**I**n illo tempore ( **nem. viij.** ) Dicebat Iesus turbis iudeorum et principibus sacerdotum. Quis ex uobis arguet me de peccato. Si ueritatem dico: quare non creditis mihi? Qui ex deo est uerba dei audit. Propterea uos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt ergo iudei et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes? Respondit Iesus. Ego demonium non habeo: sed honorifico patrem meum: et uos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam. Est qui querat et iudicet. Amen dico uobis: si quis sermonem meum seruauerit mortem non uidebit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus quia demonium habes. Abrahama mortuus est et propheta: et tu dicis si quis sermonem meum seruauerit non gustabit mortem

ieternū. Nūq̄d tu maior es  
patre n̄ro abraā q̄ mortuus  
est: et prophete mortui sunt.  
**Quē teipm facis: R̄ndit ie-**  
**sus.** Si ego gl̄ifico meipm:  
gloria mea nihil est. Est pa-  
ter meus q̄ gl̄ificat me quez  
vos dicitis: qz deus v̄r est z  
non cognouistis eū: ego aut̄  
nouī eū. Et si dixero qz non  
scio eū: ero similis vob̄ men-  
dax. Sed scio eū: z sermonē  
eius seruo. Abraā pater v̄r  
exultauit vt videret diē me-  
um: z vidit z gauis⁹ est. **Di-**  
**perūt** ergō iudei ad eū. **Quī-**  
**q̄ginta** annos nondū habes  
z abraā vidisti: Dixit eis ie-  
sus. **Amē amē** dico vob̄: aū  
q̄z abraā fieret ego sum. **Tu-**  
**lerūt** ergo lapides iudei vt  
iacerent in eū. **Iesus aut̄** ab-  
scōndit se: z exiit e templo.  
**Cōfitebor** tibi dñe in **Offi.**  
toto cord̄ meo retribue suo tuo  
vt viuā z custodiā sermōes tuos  
viuifica me sc̄dz verbū tuū dñe.  
**Hec mūera** qm̄s do **Sec̄.**

mine: z vincula nostre pra-  
uitat̄ absoluāt: z tue nobis  
miscōdie dona p̄ciliēt. **Per d.**  
**Prefatio.** Qui salutē humani.  
**H**oc corp⁹ qd̄ p̄ vob̄ **Lōio.**  
tradet̄ hic calix noui testamēti est  
i meo sanguīe: dicit dñs. **Hoc** fa-  
cite quotiēscūqz sumitis in meā  
cōmemorationē. **Lōpl.** **A**de-  
sto nobis qm̄s dñe de⁹ no-  
ster: vt q̄s tuis misterijs re-  
creasti p̄petuis defende p̄si-  
dys. **Per.** **Seria. ij. post Ju-**  
**S**anctifica **(dica D̄o.**  
qm̄s dñe n̄ra ieiunia:  
et cūctaz nobis p̄picius in-  
dulgentiaz largire culparū  
**Per.** **Sec̄.** **C**oncede nob̄  
dñe deus noster: vt hec ho-  
stia salutaris z nostrorū fiat  
purgatio delictorū: z tue p̄-  
piciatio maiestat̄. **P.** **Lōpl.**  
**S**acramēti tui qm̄s dñe p̄-  
ticipatio salutaris: z purifi-  
cationē nobis tribuat et sa-  
lutē. **Per.** **Sup p̄plm.** **D**a  
qm̄s dñe p̄plo tuo salutem  
mētis z corp̄is vt bōis op̄i

**Oraciones post dominicam Iudica.**

bus inheredo: tua sp merea  
tur protectioe defendi. Per

**Seria tertia Oratio.**

**D**istra tibi qms domi  
ne sint accepta ieiunia q nos  
z expiādo g̃tia tua dignos  
efficiant: z ad remedia pdu  
cāt eterna. Per. **Seci.**

**H**ostias tibi dñe deferimus im  
molādas: que sic tēporalem  
solationē significēvt pro  
missa certius nō desperem⁹

eterna. Per. **Lōpl.** Da q̃s  
ops deus vt que diuina sunt  
iugiter exequētes donis me  
reamur celestib⁹ propinq̃re

Per. **Sup populū.** Da no  
bis qms dñe pseuerantē in  
tua volūtate famulatū: vt in  
diebus nostris z merito z  
nūero pplus tibi seruiēs au  
geat. Per. **Seria. iij. Oratio.**

**S**anctificatio hoc iei u  
nio deus tuoruz corda

fideliū miserator illustra: et  
q̃b⁹ deuotiois prestas affe  
ctū: p̃be supplicatib⁹ piū be  
nignus auditū. Per. **Seci.**

**Sup**

**A**nnue misericors de⁹: vt  
hostias placatiois z laudis  
sincero tibi deferamus obse  
quio. Per. **Lōpl.**

**C**elestis  
mense qms dñe sacrosctā li  
batio corda nra purget sp z  
pascet. Per. **Sup populū.**

**A**desto dñe supplicationi  
b⁹ nris ops deus: z q̃bus fi  
ducia sperāde pietatē indul  
ges: cōsuecte misericōdie tribue  
benign⁹ effectū. Per. **Seria.**

**Resta. v. Oratio.**

**P** qms ops deus vt dig  
nitas pditionis hūane q̃ per  
imoderatiā est sauciata: me  
dicinalis parsimonie studio  
reformet. Per. **Seci.**

**C**on  
cede uobis qms dñe: vt ce  
lebraturi sc̃tā misteria: non  
solū abstinentiā corpale: sed  
qd̃ est potius habeam⁹ mē  
tiū puritatē. Per. **Lōplen.**

**Q**d ore sumpsim⁹ dñe pu  
ra mēte capiam⁹: z de mūe  
re tēporali fiat nobis reme  
diū sempiternū. Per. **Sup**

**populu.** **E**sto quesum⁹ do

**Oraciones post dominicam Judica.** So. 34.

mine propicius plebi tue: ut que tibi non placet respiciens tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per

**¶ Feria sexta. Oratio.**  
**O**rdibus nostris quesumus domine gratiam tuam benignam infunde: ut peccata nostra castigacione voluntaria cohibentes temporaliter potius maceremur: quam suppliciis deputemur eternis. **¶ Per. Secre.**

**R**esta nobis misericors deus ut digne tuis super altaribus servire mereamur: et eorum perpetua participacione saluari. **¶ Ps.**

**S**uper sacrificium domine **¶ Cōpl.** perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia super a nobis cum cuncta depellat. **¶ Per. Suppopulū.** De multitudie misericordie tue domine populū tibi protege presentem: et corporaliter gubernatū pie mentis affectum mueribus assequedis effice promptiore. **¶ Per. ¶ Sabba.**

**R**oficiat quies **¶ Oratio**  
domine plebs tibi dica-

ta pie deuotionis affectu: ut sacris actionibus erudita: quanto maiestati tue fit gratior: tanto donis potioribus augeatur. **¶ Per. Sec.**

**R**esta quies operis deus: ut ieiuniorum placatus sacrificijs ad redemptionis eterne quibus proficiamus augmentum **¶ Per. Cōpl.** Super domine salutaribus sacramentis remissionis tue nos veniam peccatorum

**¶ Per. Suppopl.** De peccacione nostram quibus domine benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxiliū. **¶ Per do**

**¶ Dominica in ramis palmarum.**  
**O**mine ne longe facias auxilium tuum a me ad defensionem meam aspice: libera me de ore leonis: et a cornibus unicornium humilitatem meam. **¶ Ps.** Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorum. **¶ Gloria. non dicitur. Oratio**

**O**mnipotens sempiternus deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum saluatorem

**¶ Oratio**  
omnipotens sempiternus deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum saluatorem

**Dominica in ramis Palmarum.**

nostrū carnē sumere ⁊ crucē  
subire fecisti: p̄cede p̄picius  
vt ⁊ patiētīe ipsius habere  
documēta ⁊ resurrectionis  
cōsortia mereamur. Per eū

**Leet̄ eplē br̄i pauli aposto**

**li. Ad Philippēses. ij.**

**R**ēs hoc sentite in vo  
bis: qđ ⁊ in ch̄o iesu. Qui  
cū in forma dei esset: nō rapi  
nā arbitrat̄ est esse se eql̄es  
deo: sed semetipsum exina  
niuit formā serui accipiēs in  
similitudinē hominū fact̄:  
⁊ habitū inētus vt hō. Hūi  
liauit semetip̄m factus obe  
diēs vsq; ad mortē: mortē  
aūt cruc̄. Propter qđ ⁊ de  
us exaltauit illū: ⁊ donauit  
illi nomē qđ est sup om̄e no  
mē: vt in noīe iesu omne ge  
nu flectat̄ celestiuū terrestriuū  
⁊ infernorū. Et om̄is lingua  
p̄fiteat̄: qđ dñs n̄r iesus chri  
stus in gloria est dei patris.

**T**enuisti manū dexterā  
meā ⁊ in voluntate tua deduxisti  
me: ⁊ cū gloria assumpsisti me. **Ps.**

Quā bon̄ isrl̄ deus rect̄ ⁊ cordes  
mei at̄ pene moti sūt pedes pene  
effusi sunt gressus mei qz zelam̄ i  
pctōib⁹ pacē pacē pctōz vidēs.

**D**eus de⁹ me⁹ respi

**Tract⁹**

ce in me q̄re me d̄reliq̄sti. **Ps.**

**L**ō

ge a salute mea v̄ba delictorū me

orū. **Ps.** Deus me⁹ clamabo per

diē: nec exaudies i nocte ⁊ nō ad

insipientiā mibi. **Ps.** Tu aut̄ in s̄a

cto habitas laus isrl̄. **Ps.** In te

sperauerūt p̄res n̄ri: spauerunt ⁊

liberasti eos. **Ps.** Ad te clamauerūt

⁊ salui facti sūt in te sperauerūt

⁊ nō sunt p̄fusi. **Ps.** Ego aut̄ sū

verm̄ ⁊ nō hō: obprobriū hoīm

⁊ abiectio plebis. **Ps.** Om̄s q̄ vi

debāt me asp̄nabāt me: locuti sūt

labijs ⁊ mouerūt caput. **Ps.** Spa

uit in d̄no eripiat eū saluū faciat

eū qm̄ vult eū. **Ps.** Ipsi vō p̄sde

rauerūt ⁊ inspererūt me: d̄miserūt

sibi vestimēta mea: ⁊ sup vestem

meā miserūt sortē. **Ps.** Libera me

de ore leon̄: ⁊ a cornib⁹ vnicorni

um hūilitatē meā. **Ps.** Qui t̄ctis

d̄m̄ laudate eū vniuersū semen

iacob magnificate eū. **Ps.** Anūci



abit dño gnatio vctura z anūcia  
būt celi iustitiā eius. **v.** Populo  
q̄ nascet̄ quē fecit dñs. **Mota q̄**  
**ad passionē non d̄:** Dñs vo:  
biscū. neq; **Sequētia sancti**  
**euāgelij zc. sed simplicit̄ po-**  
**sito libro ad dextrā partē d̄.**  
**Passio dñi nostri iesu chri-**  
**sti. Scdm Math. xxvj. z xx-**  
**I**llo tpe. Dixit ie. **vij.**  
dis. su. Scitis q̄ ap̄ bi-  
duū pascha fiet z filius hōi-  
nis tradet̄ vt crucifigatur.  
Tūc p̄gregati sunt p̄ncipes  
sacerdotū z seniores ppli in  
atriū p̄ncipis sacerdotū: q̄ di-  
cebat̄ cayphas. Et p̄siliū fe-  
cerūt vt iesum dolo tenerēt  
z occiderēt. Dicebant autē.  
Nō in die festo: ne forte tu-  
mult⁹ fieret in populo. Cū  
autē esset iesus in bethania  
in domo symonis leprosi: ac-  
cessit ad eū mulier habens  
alabastrū vngētī preciosi: z  
effudit sup caput ipsius re-  
cubentis. Vidētes autē di-  
scipuli indignati sunt dicen-

tes. Et qd̄ pditio hec: Po-  
tuit em̄ vngentū istud venū  
dari multo z dari paupib⁹.  
Sciēs autem iesus ait illis  
Quid molesti est̄ huic mu-  
lieri: Opus em̄ bonū opata  
est in me. Nā sp̄ paupes ha-  
betis vobiscū: me aut̄ nō sp̄  
habebitis. Mittēs em̄ hec  
vngentū hoc in corpus me-  
um ad sepeliendū me fecit.  
Amē dico vobis: vbiq; p̄  
dicatū fuerit hoc euāgelij  
in toto mundo dicetur: z q̄  
hec fecit in memoriā eius.  
Tūc abiit vn⁹ de duodecī  
q̄ dicebat̄ iudas scarioth ad  
p̄ncipes sacerdotū: z ait illis  
Quid vult̄ mibi dare: z e-  
go eū vobis tradā: Et illi  
p̄stituerūt ei trigēta argēte-  
os. Et exīde q̄rebat oportu-  
nitatē vt eū traderet. P̄ria  
autē die azimorū accesserūt  
discipuli ad iesum dicētes.  
Ubi vis parem⁹ tibi come-  
dere pascha: Et iesus dixit.  
Ite in ciuitatē ad quendā: z

## Dominica in ramis palmarum:

dicite ei. Magister dicit: tē  
pus meū ppe est apud te fa  
cio pasca cū discipulis meis.  
Et fecerūt discipuli sicut cō  
stituit illis iesus: et pauerūt  
pasca. Gespere autē facto di  
scūbebat cū duodecim disci  
pulis suis. Et edētibus illi  
dixit. Amen dico vobis: qā  
vnus vestrū me traditurus  
est. Et tristati valde cepe  
runt singuli dicere. Nunquid  
ego sum dñe. Ille rñdēs  
ait. Qui itingit me cū manū  
ī parapside h̄ me tradet. Si  
li<sup>9</sup> qdē hōis vadit sicut scri  
ptum est de illo. Ne autē hōi  
illi p quē filius hōis tradet?  
Bonū erat ei si nat<sup>9</sup> nō fuisset  
hō ille. Rñdēs autē iudas  
q̄ tradidit eū dixit. Nunquid  
ego sum rabbi. Ait illi. Tu  
dixisti. Lenātibus autē eis ac  
cepit iesus panē et bñdixit:  
ac fregit deditq̄ discipulis  
suis et ait. Accipite et come  
dite: hoc est corp<sup>9</sup> meū. Et  
accipiēs calicē gratias egit

et dedit illis dicēs. Bibite  
ex hoc ocs. Hic est enī sang  
uis meus noui testamēti: q̄  
p multis effundet in remis  
sionē pctōrū. Dico autē vob  
nō bibā a modo de hoc ge  
nimine vitis vsq̄ in diē illū  
cū illud bibā vobiscū nouū  
in regno p̄ris mei. Et hym  
no dicto exierunt in montē  
olineti. Tūc dicit illis iesus  
Dēs vos scandalū patiemini  
in me in ista nocte. Scri  
ptū est enī. Percutia pastorē  
et dispergentur oues gregis.  
Postq̄ autē resurrexero: p̄ce  
dā vos in gallileam. Rñdēs  
autē petrus ait illi. Et si om̄s  
scādalizati fuerint in te: ego  
nūq̄ scādalizabor. Ait illi ie  
sus. Amē dico tibi: qā ī hac  
nocte anteq̄ gall<sup>9</sup> cāter: ter  
me negabis. Ait illi petrus.  
Etia si oportuerit me mori  
tecū nō te negabo. Simili  
ter et om̄s discipuli dixerūt.  
Tūc venit iesus cū illis ī vil  
lā q̄ dicit gethsemani: et di

xit discipulis suis. Sedete h  
donec vadā illuc et orē. Et  
assumpto petro et duob⁹ fi  
lijs zebedei cepit cōtristari  
et mestus esse. Tūc ait illis.  
Tristis est aīa mea vsqz ad  
mortē. Sustinete hic et vi  
gilate mecū. Et progressus  
pusillū procidit in faciē suā  
orans et dicens. Pater mi: si  
possibile est: trāseat a me ca  
lix iste. Verūtū nō sicut ego  
volo: sed sic tu. Et venit ad  
discipulos suos: et iuenit eos  
dormientes: et dicit petro.  
Sic nō potuistis vna hora  
vigilare mecū. Vigilate et  
orate: vt nō intretis in tēta  
tionē. Spūs quidē pmpt⁹  
est caro autē infirma. Iterū  
scōdo abijt et orauit dicens.  
Pater mi si nō pōt hic calix  
trāsire nisi bibā illū fiat vo  
lūtas tua. Et venit iterū: et  
iuenit eos dormiētes. Erāt  
em̄ oculi eorū grauati. Et re  
lictis illis iterū abijt et ora  
uit tertio eundem sermonē

dicēs. Tūc venit ad discipu  
los suos. et dixit illi. Dormi  
te iāz req̄escire. Ecce appro  
pinq̄bit hora: et filius hōis  
tradet in man⁹ pctōz. Sur  
gite eam⁹. Ecce appropinq̄  
bit q̄ me tradet. Adhuc eo  
loquēte: ecce iudas vnus de  
duodecim veit: et cū eo tur  
ba multa cū gladijs et fusti  
bus missi a p̄ncipibus sacer  
dorū et senioribus ppli. Qui  
aūt tradidit eū: dedit illis si  
gnū dicēs. Quēcūqz oscula  
tus fuero: ipse est: tenete eū.  
Et cōfestim accedēs ad iesū  
dixit: Aue rabbi. Et osculat⁹  
est eū. Dixitqz illi iesus. A  
mice ad quid venisti? Tunc  
accesserūt et man⁹ iniecerūt  
in iesum: et tenuerunt eū. Et  
ecce vn⁹ ex his q̄ erāt cū ie  
su extēdēs manū exemit gla  
diū suū: et pcutiēs seruū p̄n  
cipis sacerdotū amputauit  
auriculā eius. Tūc ait illi ie  
sus. Cōuerte gladiū tuū in  
locū suū. Quēs em̄ q̄ accepe

**Dominica in ramis palmarum.**

runt gladiū: gladio peribūt.  
An putas q̄ nō possum ro-  
gare patrē meū ⁊ exhibebit  
mibi mō plusq̄ duodecī le-  
giōes angeloz. Quō ergo  
implebunt scripture: Quia  
sic oportet fieri. In illa hora  
dixit iesus turbz. Tanq̄ ad  
latronē existis cū gladijs ⁊  
fustibus cōprehēdere me.  
Quotidie apud vos sede-  
bā docēs in tēplo ⁊ nō me  
tenuistis. Hoc aut̄ totū fa-  
ctū est vt adīplerent̄ scriptu-  
re p̄phetarū. Tūc discipuli  
oēs: relicto eo fugerūt. Et il-  
li tenētes iesum: duxerūt eū  
ad cayphā p̄ncipē sacerdo-  
tū vbi scribe ⁊ seniores con-  
uenerāt. Petrus aut̄ seq̄bat̄  
eū a longe vsq̄ in atriū p̄-  
cipis sacerdotū. Et ingressus  
intro sedebat cū mīstris vt  
videret finē. Principes aut̄  
sacerdotū ⁊ om̄e p̄ciliū q̄re-  
bant falsum testimoniū con-  
tra iesum: vt eū morti trade-  
rent. Et nō inuenerūt cū ml-

ti falsi testes accessissēt. No-  
uissime aut̄ venerūt duo fal-  
si testes ⁊ dixerūt. Sic dixit  
possum destruere tēplū dī:  
et postriduū reedificare il-  
lud. Et surgēs p̄nceps sacer-  
dotū: ait illi. Nihil rīdes ad  
ea q̄ isti aduersum te testifi-  
cant. Iesus aut̄ tacebat. Et  
p̄nceps sacerdotū ait illi.  
Aduro te p̄ deū vinū: vt di-  
cas nobis si tu es ch̄us fili-  
us dei viui? Dixit illi iesus:  
Tu dixisti. Verumtū dico  
vobis a modo videbit̄ filiū  
hōis sedentē a dextris v̄tu-  
tis dei ⁊ veniētē in nubib⁹  
celi. Tūc p̄nceps sacerdotū  
scidit vestimēta sua dicens.  
Blasphemauit. Quid ad-  
huc egemus testibus? Ecce  
nūc audistis blasphemiam.  
Quid vob̄ videt̄? Et illi re-  
spōdētes dixerūt. Reus est  
mortis. Tūc expuerūt in fa-  
ciē eius: ⁊ colaphis eū ceci-  
derūt. Alij aut̄ palmas in fa-  
ciē eius dederūt dicentes.

Propheta nobis chre: q̄s  
est q̄ te percussit: Petrus? No se-  
debat foris in atrio. Et ac-  
cessit ad eū vna ancilla dicēs  
Et tu cū Iesu galileo eras?  
At ille negavit corā oībus  
dicēs. Nescio q̄d dicis. Exe-  
unte aut illo ianuā: vidit eū  
alia ancilla: et ait his q̄ erant  
ibi. Et hic erat cū iesu naza-  
reno. Et iterū negavit cū in  
ramento q̄a nō noui hoīez.  
Et post pusillū accesserūt q̄  
astabāt et dixerūt petro. Ve-  
re et tu ex illis es: nā et loq̄la  
tua manifestū te facit. Tunc  
cepit detestari et iurare: q̄  
nō nouisset hominē. Et p̄ti-  
mo gallus cātauit. Et reco-  
dat̄ est petrus. Vbi iesu q̄d  
dixerat: priusq̄ gallus cāret  
ter me negabis. Et egress⁹  
foras flevit amare. Abāe au-  
tem facto: cōsiliū. inierūt oīs  
p̄cipes sacerdotū et senio-  
res ppli aduersus iesum: vt  
eum morri traderēt. Et vin-  
ctū adduxerūt eū et tradide-

rūt p̄cio pilato p̄sidi. Tūc  
vidēs iudas q̄ eū tradidit q̄  
dānatus esset penitētia du-  
ctus retulit triginta argēte-  
os p̄ncipib⁹ sacerdotū et se-  
niorib⁹ dicēs. Peccaui tra-  
dēs sanguinē iustus. At illi  
dixerūt. Quid ad nos? Tu  
videris. Et pietis argēte-  
is in tēplo recessit: et abiens  
laqueo se suspēdit. P̄ncipes  
aut sacerdotū acceptis argē-  
teis dixerūt. Non licet eos  
mittere in corbonaz: q̄ p̄ci-  
um sanguis est. Cōsilio aut  
inuito: emerūt ex illis agz fi-  
guli in sepulturā pegrinor.  
Prop̄ hoc vocat⁹ est ager  
ille acheldemach: hoc est a-  
ger sanguis: vsq̄ in hodie  
nū diē. Tūc impletū est q̄d  
dctū est p̄ hieremiā p̄phe-  
tam dicentē. Et acceperunt  
triginta argēteos p̄ciū app̄-  
ciati q̄d app̄ciauerūt a filiis  
isrl: et dederūt eos in agrū  
figuli: sicut constituit mihi  
dñs. Iesus aut stetit ante p̄-

**Dominica in ramis palmarum.**

fidē. Et interrogauit eū p̄ses  
dicens: Tu es rex iudeorū?  
Dicit ei iesus. Tu dicis. Et  
eū accusaret a p̄ncipib⁹ sac̄  
dorū ⁊ seniorib⁹ nihil r̄ndit.  
Tūc dicit illi pilat⁹. Nō au  
dis q̄nta aduersum te dicūt  
testimonia? Et non r̄ndit ei  
ad vllā v̄bū ita vt miraret̄  
p̄ses vehemētē. Per diē au  
tē solennē consueuerat p̄ses  
dimittere pp̄lo vnū vinc̄tū  
quē voluissēt. Habebat aut̄  
tūc vinc̄tū insignē q̄ diceba  
tur barrabas q̄ p̄pter sedi  
tionē missus fuerat in carce  
rē. Cōgregatis ergo illis di  
xit pilatus. Quē vultis di  
mittā vob: barrabā an iesuz  
q̄ dicit̄ ch̄rus? Sciebat enī  
q̄ p̄ inuidiā tradidissent eū  
Sedēte aut̄ illo, p̄ tribunali  
misit ad eū vxor eius dicēs.  
Nihil tibi ⁊ iusto illi. Adul  
ta enī passa suz hodie per vi  
sum prop̄t eū. P̄ncipes aut̄  
sacerdotū ⁊ seniores persua  
serunt populis vt peterent

barrabā: iesum v̄o p̄derent.  
R̄ndēs aut̄ p̄ses ait ill⁹. quē  
vultis de duobus vobis di  
mitti. Et illi dixerūt. Barra  
bā. Dicit illis pilat⁹. Quid  
igit̄ faciā de iesu q̄ dicit̄ ch̄ri  
st⁹? Dixerūt om̄s. Crucifigat̄.  
Et illis p̄ses. Quid enī  
mali fecit? Et illi magis cla  
mabāt dicētes. Crucifigat̄.  
Vidēs aut̄ pilatus q̄ nihil  
p̄ficeret sed magis tumult⁹  
fieret: accepta aq̄ lauit ma  
nus corā pp̄lo dicēs. Inno  
cēs ego sum a sanguine iusti  
huius: vos videritis. Et re  
spōdens vniuersus pp̄ls di  
xit. Sāguis eius sup nos: ⁊  
sup filios nr̄os. Tūc dimisit  
illis barrabā iesum autē fla  
gellatū tradidit eis vt cruci  
figeret̄. Tūc milites p̄sidiis  
suscipientes iesum in p̄torio  
gregauerūt ad eū vniver  
sam cohortē. Et exnētes eū  
clamidē coccineā circūdede  
rūt ei. Et plectētes coronā  
de spinis posuerūt super ea

put eius: et arundinē in dextera eius. Et genuflexo ante eū illudebāt ei dicētes. **Aluer rex iudeorū.** Et expuētes in eū: acceperūt arundinē et percussiebāt caput eius. Et postquā illuserūt eū: expuerūt eū clamidem: et induerūt eū vestimentis eius: et duxerūt eū ut crucifigerēt. Exeūtes autē inuenerūt hominem cyrenēum veniētem obuiā sibi noīe symonem. **Hūc agariauerūt** ut tolleret crucē eius. Et venerūt in locū quā dicit golgotha quod est caluarie locus. Et dederūt ei vinū bibere cū felle mixtum. Et cū gustasset noluit bibere. Postquā autē crucifixerūt eū diuiserūt vestimenta eius sorte mittētes. Et impleret quod dictū ē per prophetā dicētem. **Diuiserūt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserūt sortē.** Et sedētes suabāt eum. Et imposituerūt super caput eius causam ipsius scriptā. **Hic est iesus nazare**

**nus rex iudeorū.** Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones unus a dextris et unus a sinistris. Pretereuntes autē et blasphemabant eū mouentes capita sua et dicentes. **Uach quā destruis templū dei et in triduo illud reedificas.** **Salua** te ipsum si filius dei es descende de cruce. Similiter et principes sacerdotū illud dicētes cū scribis et senioribus dicebāt. **Illios saluos fecit se ipsum nō pot saluum facere.** **Si rex israel est: descēdat nūc de cruce et credem⁹ ei.** **Confidit in deo: liberet eū nūc si vult.** Dixit em̄ quod filius dei suū. **Idipsum autē et latrones quā crucifixi erant cum eo improperabant ei.** **A sexta autē hora tenebre facte sunt super vniuersam terrā usque ad horā nonā.** Et circa horā nonā clamauit iesus voce magna dicēs. **Helily hely lamazabathai: Hoc est de⁹ meus de⁹ meus: ut quod dereliquisti me? Quidā**

**Dominica in ramis Palmiarum.**

autē illic stātes et audiētes dicebant. **Heliā** vocat iste. Et continuo currēs vnus ex eis acceptā spongiā impleuit aceto: et imposuit arūdinē et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebāt. Sine videamus an veniat heliās liberās eū. Iesus autē itez clamās voce magna emisit spūm. **Pa**  
**ter noster.** Et ecce velū templi scissum est in duas partes a summo vsq; deorsum. Et terra mota est: et petre scisse sunt et monumenta aperta sunt: et multa corpa sanctorū q̄ dormierāt resurrexerūt. Et exeūtes d̄ monumentis p̄ resurrectionē eius venerūt in sanctam ciuitatē: et apparuerūt mltis. Cetero autē et qui cum eo erāt custodiētes iesum viso terremotu et his q̄ fiebāt: timueūt valde dicentes. Vere fili⁹ dei erat iste. Erāt autē ibi mulieres multe a lōge: q̄ secute erāt ihm a galilea ministrātes ei. In

ter quas erat maria magdalene et maria iacob et ioseph mater: et mater filioꝝ zebedei. Cū autē sero factū esset venit qdā hō diues ab arimathia noīe ioseph: q̄ et ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatū et petiit corpus iesu. Tūc pilatus iussit reddi corp⁹. Et accepto corpore ioseph inuoluit illud in syndone munda: et posuit illud in monumento suo nouo qd̄ exciderat ī petra. Et aduoluit saxū magnū ad ostiū monumenti et abiit. Erāt autem ibi maria magdalene et altera maria sedētes p̄tra sepulchꝝ. **Hic legat in modū euangeliū.** Altera autē die que est post pascenē: uenerūt p̄ncipes sacerdotum et pharisei ad pilatū dicētes. Dñe recordati sumus: quia seductor ille dixit adhuc uiuēs: post tres dies resurgā. Iube ergo custodiri sepulcrū vsq; in diē tertiū: ne for



te veniāt discipuli ei⁹ ⁊ sur-  
rent eū: et dicāt plebi surre-  
xit a mortuis. **Et erit nouis-  
sim⁹ error peior priorē. Alit-  
illis pilar⁹. Habebis custo-  
diam: ite custodite sicut sci-  
tis. Illi autē abeūtes munie-  
runt sepulcr⁹ signātes lapidē  
cum custodib⁹. **Offi.**  
**I**mppiiū expectāre cor meū  
⁊ miserā ⁊ sustinui q̄ simul con-  
tristaret ⁊ nō fuit cōsolatē me q̄  
sui ⁊ nō inueni: ⁊ dederūt in escā  
meā fel ⁊ i siti meā potauerūt me  
aceto. **Sec.** **I**psa maiestati  
tue dñe fideles pplos cōmē-  
det oblatio: q̄ per filiū tuum  
reconciliāuit inimicos. **Per**  
eundē. **Oratio.** Qui salutē  
hūani ge. **Oratio.** Pat si nō pōt  
hic calix trāsire nisi bibā illi: fiat  
volūtas tua. **Oratio.** **P**er hu-  
ius dñe opationē misterij:  
⁊ vicia nra purgent: ⁊ iusta  
desideria cōpleant. **Per. d.**  
**Seria. ij. p. palmar. Oratio.**  
**Q**uā qm̄s ops de⁹: vt qui  
in tot aduersis ex nra i**

firmitate deficiim⁹ ircedē-  
te vnigeniti filij tui passiōe  
respirem⁹. **Qui tecū. Sec.**  
**M**ūera nos qm̄s dñe obla-  
ta purificēt: ⁊ te nobis ingi-  
ter faciāt esse placatū. **Per.**  
**P**rebeāt nob dñe di- **Oratio.**  
uinū tua scā feruorē: q̄ eoz  
pariter ⁊ actu delectemur ⁊  
fructu. **Per. Super pplm.**  
**A**diuua nos de⁹ salutaris  
noster ⁊ ad bñficia recolen-  
da q̄bus nos iustaurare dig-  
natus es: tribue venire gau-  
dētes. **Per. T. Seria iij. Inf.**  
**D**os autē gliari oportet in  
cruce dñi nri iesu Christi  
in quo est sal⁹: vita ⁊ resurrectio  
nostra: p̄ quē saluati ⁊ liberati su-  
m⁹ **ps.** Deus misereatur nostri  
⁊ bñdicat nob illuminet vultum  
sui sup nos ⁊ misereat nri. **Nos**  
**Ad ps sempi. Oratio.** autē.  
**O**terne deus: da nob ita  
dñice passiōis sacramēta pa-  
gere: vt indulgētiā pcipere  
mereamur. **Per eundē. Actō**  
**hicremic. p̄ bete vndecio.**

**Seria .iij. post Palmarum.**

**I**n diebus illis. Dixit hieremias. Dñe demō strasti mihi ⁊ cognoui: tu ostēdisti mihi studia eorū. Et ego q̄si agnus mansuetus q̄ portat ad victimā. Et nō cognoui: q̄ cogitauerūt sup me p̄silia dicentes. Venite mittam⁹ lignū in panē eius: ⁊ eradam⁹ eū de terra viuētū: ⁊ nomē eius nō memoretur amplius. Tu autē dñe sabbaoth q̄ iudicas iuste: ⁊ p̄bas renes ⁊ corda: videā vltionem tuā ex eis. Tibi em̄ reuelavi causas meā dñe deus meus. **Sp̄.** Ego autē dñi mihi molesti eēt iduebā me cili-  
tio: ⁊ hūiliabā i ieiunio aīaz meā et oīo mea in sinu meo p̄uertēt. **Ps̄.** Iudica dñe nocētes me: ex-  
pugna ipugnātes me apprehēde arma ⁊ scutū ⁊ exurge in adiuto-  
riū mihi. **Passio dñi nostri iesu Christi. Scōz Marcū.**  
**I**n illo tē. **iiii. ⁊ xv. ca.** pore. Erat pascha ⁊ as-  
ma post biduum: ⁊ q̄rebant summi sacerdotes et scribe quō iesum dolo tenerent et occiderēt. Dicebāt em̄. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret i pp̄lo. Et cū esset iesus bethanie in domo symonis leprosi ⁊ recūberet: venit mulier habēs alabastrum vnguenti nardispicati p̄ciosi: ⁊ fracto alabastro effudit sup caput ei⁹. Erāt autē tē quidam indigne ferentes intra semetipos ⁊ dicentes. Et qd̄ p̄ditio ista vnguenti facta est. Poterat em̄ vnguentum istud venūdari plus q̄ trecentis denarijs: et dari paupib⁹. Et fremebāt in eā. Iesus autē dixit. Sinite eā. Quid illi molesti estis. Bonū op⁹ opata est in me. Sp̄ em̄ paupes habet⁹ vobiscū. ⁊ cū volueritis potestis illis bñfacere: me autē nō sp̄ habebitis. Quid habuit hec fecit p̄uenit vngere corp⁹ meū i sepulturā. Alīi dico vobis: vbi cūq̄ p̄dicatū fuerit euā-

gelium istud in vniuerso mundo: et quod hec fecit narrabit in memoria eius. Et iudas scariothis vnus de duodecim abiit ad sumos sacerdotes: vt pderet eum illi. Qui audientes gauisi sunt: et promiserunt ei pecuniam se duros: Et querebat quomodo eum oportune traderet: Et primo die asinorum quando pascha immolabant: dicunt ei discipuli. Quo vis eamus et paremus tibi vt manduces pascha. Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. Ite in ciuitatem et occurret vobis homo lagenam aque baiulas sequimini eum: et quicumque introierit dicite domino domus: quia magister dicit. Vbi est refectio mea: vbi pascha cum discipulis meis manducet: Et ipse vobis demonstrabit cenaculum gratie stratum: et illic paret nobis. Et abierunt discipuli eius: et venerunt in ciuitate et inuenerunt sicut dixerat illis et paruerunt pascha. Vespere autem fa-

cto: venit cum duodecim: et discubentibus eis et manducantibus: ait iesus. Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me qui manducat mecum. At illi ceperunt contristari: et dicere ei singillatim. Numquid ego? Qui ait illis. Vnus ex duodecim qui intingit mecum manum in cathino. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Ele autem homini illi pro quem filius hominis tradet. Vnum erat ei si non esset natus homo ille. Et manducantibus illis accepit iesus panem: et benedicens: fregit et dedit eis et ait. Sumite: hoc est corpus meum. Et accepto calice: gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis quia iam non bibam de genimine vitis vsque in diem illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno dei. Et hymno dicto: exiit in montem oli-

**Seriatertiapost palmarum.**

nar. Et ait illis iesus. Omnis  
vos scādalisabimini i me in  
nocte ista: q̄ scriptū est. Per  
cutiam pastorē z dispergen  
tur oues. Sed post q̄ resur  
rexero p̄cedā vos in galileā  
Petrus aut̄ ait illi. Et si oēs  
scādalisati fuerit. sed nō ego  
Et ait illi Iesus. Amen di  
co tibi: q̄ tu hodie in nocte  
hac p̄ius ꝑ bis gall⁹ vocem  
dederit. ter me es negatur⁹.  
Ut ille ampli⁹ loq̄bat̄. Et si  
oportuerit me simul cōmor  
tibi: nō te negabo. Similit̄  
aut̄ z om̄s dicebāt. Et veni  
unt in p̄diuz cui nomē geth  
semani. Et ait discipulis suis.  
Sedete hic donec or̄. Et  
assumpsit petz z iacobuz et  
iohānē secū: z cepit pauere  
z tedere. Et ait illis. Tristis  
est anīa mea vsq̄ ad mortē.  
Sustinete hic z vigilate. Et  
cū p̄cessisset paululū proci  
dit sup̄ terram z orabat: vt si  
fieri posset trāsiret ab eo ho  
ra z dixit. Abba pater: oīa

tibi possibilia sunt. trāsfer ea  
licē hūc a me. Sed non qd̄  
ego volo sed qd̄ tu. Et venit  
z inuenit eos dormiētes. Et  
ait petro. Simō dormi. Nō  
potuisti vna hora vigilare:  
mecū. Vigilate z orate: vt  
nō intret̄ in tēptatiōz. Spi  
ritus quidē p̄mptus est: ca  
ro vō infirma. Et itez abi  
ens orauit eundē f̄monē di  
cens. Et reuersus denuo. in  
uenit eos dormiētes. Erāt  
enī oculi eoz ḡuati: z igno  
rabāt qd̄ rīderent ei. Et ve  
nit tertio z ait illis. Dormi  
te iam z req̄escite. Sufficit  
venit hora: ecce fili⁹ hoīs tra  
detur in man⁹ petōz. Sur  
gite eam⁹: ecce q̄ me tradet  
ꝑpe est. Et adhuc eo loquē  
te: venit iudas scarioth vn⁹  
de duodecī: z cum eo turba  
multa canz gladys z lignis:  
mīsi a summis sacerdotib⁹  
et scribis z seniorib⁹. Dede  
rat aut̄ traditor eis signū di  
cens. Quēcūq̄ osculat⁹ fu

eroripe est tenete eum: et duci-  
te eum. Et cum venisset statim  
accedens ad eum ait Rabbi. Et  
oscularus est eum. Et illi ma-  
nus iniecerunt in iesum: et te-  
merunt eum. Unus autem de cir-  
cstantibus edicens gladium  
percussit servum summi sacerdo-  
tis: et amputavit illi auricu-  
lam. Et respondens iesus ait illi  
Tanquam ad latronem existis cum  
gladiis et lignis comprehende-  
re me. Quotidie eram apud  
vos in templo docens: et non me  
tenuistis. Sed ut impleantur  
scripture. Tunc discipuli eius re-  
linquentes eum omnes fugerunt.  
Et adolescens autem quidam seque-  
batur eum amictus syndone sup-  
nudo: et tenuerunt eum. Et ille  
relicta syndone nudus profu-  
git ab eis. Et adduxerunt ie-  
sum ad summum sacerdotem: et  
conveniunt in unum omnes sacer-  
dotes et scribe et seniores.  
Petrus autem a longe secutus est  
eum usque intro in atrium summi  
sacerdotis: et sedebat cum mini-

stris et calefaciebat se ad ignem.  
Summi vero sacerdotes  
et omne conciliium querebant adver-  
sus iesum testimonium: ut eum  
morti traderent nec inveni-  
bant. Multi enim testimonium  
falsum dicebant adversus eum:  
et convenientia testimonia non  
erant. Et quedam surgentes fal-  
sum testimonium ferebant ad-  
versus eum dicentes. Quoni-  
am nos audivimus eum dice-  
tem. Ego dissolvam templum  
hoc manu factum: et post tri-  
dium aliud non manu factum e-  
dificabo. Et non erat conveni-  
ens testimonium illorum. Et exur-  
gens summus sacerdos in me-  
dium: interrogavit iesum di-  
cens. Non respondes quicquam ad  
ea que tibi obiciuntur ab his:  
Ille autem tacebat: et nihil re-  
dit. Rursum summus sacer-  
dos interrogabat eum et dixit  
ei. Tu es christus filius dei bene-  
dicti. Iesus autem dixit illi. Ego  
sum. Et videbitis filium hominis  
sedentem a dextris sedentis dei.

### Seriatertiapost Palmorum.

